



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

53. Magnus Dominus, Fortitudine, Judicio, Justitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

[b] Jure Serena Dies prima vocanda fuit ;
 Cassia sit, Cornu-stibij sit tertia : ternas
 Sustulit [c] atra trias, reddidit alma Trias.

[a] Erant filia Job formosa valde, quia non sunt inventae mulieres in universa terra tam speciosa. Job. 42. vers. 13. [b] Vocavit Job nomen unius Diem, nomen secunda Cassiam, nomen tertia Cornustibij vers 14. Tres Iobo filia secundum carnem, tresque ei virtutes juxta spiritum, quemadmodum inquit Apostolus manent tria haec, fides, spes, Charitas: nudatus est omnibus, sed natura conditorem, trinum unumque Deum, non negavit, ait Chrys. homil. 3 de pat. Job. [c] id est, tres parca.

SYMBOLUM 53.

Magnus Dominus fortitudinis, Iudicio, Iustitia. Iob 37.

Robore qui praestant, qui munia Judicis implent,
 Aut quibus est dubij res dirimenda fori;
 Agnoscant Triadem solam, quae robora praestat,
 Munia dispensat, iudiciumque facit.
 Hanc penes est virtus, & jus, & norma regendi,
 Forma que iudicij, iustitiae que modus.

SYMBOLUM 54.

Tripliciter quis beatus,

1. *Qui non abiit in consilio impiorum*
2. *Et in via peccatorum non stetit,*
3. *Et in Cathedra pestilentiae non sedit.*

De Domino nostro Iesu Christo, hoc accipiendum est, inquit S. Aug.

NOxia si vites confortia, jure beatus,
 In nullâ figas impietate pedem.

Siqua